



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

XIX. De visitandis prouinciis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

XIX.

ANNO  
CHRISTI  
424.

Cod. Can.  
cap. 52.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt : Et illud nobis verbo mandatum est, vt quia constitutum est in Concilio Hipponensi, singulas debere prouincias tempore Concilii visitandas esse, dignemini etiam ( quod hoc anno secundum ordinem distulistis ) vel alio anno Mauritaniam prouinciam visitare. Aurelius episcopus dixit : Nunc de prouincia Mauritaniam ( propterea quod in finibus Africae posita sit ) nihil statuimus, siquidem vicinae sunt barbarico. Sed praestet Deus, vt ex abundanti non pollicentes, venire possimus ad vestram prouinciam. Cogitare enim debetis, fratres, quia hoc sibi & Tripolitani & \* Arzugitani fratres potuerunt exigere, si ratio pateretur.

\* Arzugitani, ad Arzytani

XX.

Epigonius episcopus dixit : Multis Conciliis hoc statutum a coetu sacerdotali est, vt plebes, quae in dioecesibus ab episcopis retinentur, quae episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est, episcopos. At vero, quia nonnulli, dominatu quodam adepto, communionem fratrum abhorrent : vel certe, cum eleuati fuerint, quasi in quadam arce, tyrannicam sibi dominationem vendicant, quod plerique tumidi atque stolidi aduersum episcopum suas ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuuiis sibi \* concinnantes plebem, \* vel certe persuasu maligno, vt illicito fauore eosdem velint sibi collocare rectores. Quod quidem insigne mentis tuae tenemus votum,

16. quest. 1.  
Multis  
Conciliis.  
Cod. Can.  
cap. 53.  
& in Carthag. 111.  
cap. 42.

\* concinnantes  
\* vt persuasu maligno & illicito

Concil. Tom. 4.

Vuu ij